

- pro tribus provisoribus hospitalis predicti eligendis, et quilibet habens brevem eligere debeat unum provissorem sacramento meliorem quem sibi videbitur et quem crediderit magis sufficientem ad dictum opus penes Petrum Petacium, et cum dicto
- 5 Petro procurare debeat bona dicti hospitalis et facere in[fra]-scripta. ¶ Qui sic electi balotentur unus contra alium ad piscides cum balotis, et ille ultimus qui optinebit sit firmus provisor hospitalis, qui provisor dictum offitium aliquo modo vel ingenio non possit renunciare, sub pena vigintiquinque libr.
- 10 par., et nichilominus sit firmus provisor, et durare debeat in dicto offitio per unum annum. ¶ Et habere debeat in sua potestate omnes redditus et proventus dicti hospitali[s] cum ¹⁾ domino Petro, et omni mense facere rationem de dictis redditibus domino potestati et iudicibus; et dare spedaleriis tantum
- 15 quantum possint vivere condecenter ²⁾ cum uxoribus suis et uno famulo pro quolibet spedalerio, et laborare debeant vineas hospitalis, non preiudicando dicto provisorio aliquod offitium quod haberent habuissent vel habere possent. ¶ Et si quis renunciaverit dictum offitium, vacare debeat ab omni offitio
- 20 communis Tergesti per tre annos, et liberetur a dicta pena libr. vigintiquinque par. ¶ Et iudices teneantur facere inventarium omnium bonorum dicti hospi- // talis, et semel in quatuor 80 B mensibus tempore offitii ipsorum iudicum cum domino decano Tergesti et domino priore Sanctorum Martirum videre teneantur inventarium bonorum dicti hospitalis et rationem introituum et exituum dicti hospitalis, et ab hospitalariis ipsius hospitalis predicta eisdem ostendi facere teneantur, sub pena libr. vigintiquinque par. pro quolibet iudice (contra) contrafaciente et vice qualibet contrafacta. ¶ Qui provisor iurare de-
- 30 beat de operando procurando et fatiendo bona fide toto posse sicut sibi melius videbitur cum dicto Petro et utilius expedire pro utilitate dicti hospitalis tam de bonis mobilibus et fixis quam redditibus et introitibus pertinentibus spectantibus dicto hospitali intus et extra, potius augendo quam minuendo. ¶ Et
- 35 intrare debeat et teneatur semel in septimana in dicto hospi-

¹⁾ cum-Petro aggiunta interlineare.

²⁾ cum decenter.